Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1188 - 1200

urn:nbn:de:bsz:31-326727

Visual Library

devicti coram nobis et ecclesia in publico consistorio omni juri, quod dicebant se habere in predicto banno, abrenuntiantes bannum, de quo questio fuit, liberum dimiserunt. quia vero generatio advenit et generatio preterit, ne hec, que jam dicta sunt, a cognicione successorum nostrorum elabantur, presenti scripti[a] paginam conscripsimus et sigilli nostri impressione, ut firma et illibata permaneant, communimus.

acta sunt hec anno dominice incarnationis 1188, regnante domino Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore et filio suo illustri rege Heinrico, presentibus et videntibus Morando magistro scolarum, Adelberto de Snecgenburc, Friderico de Entringen, Bertholdo comite de Nuwenburc, Egelolfo de Urselingen, Wernhere marscalco et filio suo Wernhero, Rudolfo villico, Rudolfo de Rinowa et filio suo Eberhardo, Hermanno, Burchardo filio domini Willehelmi, Ůdalrico de Vocelineshoven, Helewic de Bůhs, Anshelmo de Mötenshein, Conrado abbate de sancta Walburga, Reinnaldo preposito de Itenwilre, Friderico preposito de Trutenhusen, Adelberto de Ehenhein.

C aus Colm. Bez.-A. H Marbach Cart. 55 nr. 7 *or. mb. c. sig. pend. delapso. Reste von rother Seidenschnur.*
Gedruckt darnach i. Rappoltstein. UB. I, 58 nr. 46.

10. *In einer Urkunde des Abtes Helwich von Selz, die besagt, wie ein Streit seines Klosters mit dem von Walburg über den Zehnten des heiligen Waldes unter Mitwirkung König Heinrich's VI zu Worms endgiltig beigelegt sei, unter den dort befindlichen Zeugen:* Chunrado Argentinensi electo, Eberhardo thesaurario Argentinensi, Morando scolarum magistro, Heinrico camerario, anno dominicę incarnationis 1190, expeditionis Jherosolimitanę anno secundo. *1190* [*April*].

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 1096 *or. mb. c. sig. pend. Siegel des Abts Helwich an Bindfadenschnur.*
Gedruckt darnach von Scheffer-Boichorst i. d. Mittheilungen d. Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung IX, 213, der die Zeit näher bestimmt.

11. *Aufzeichnung über die Lieferungen, zu denen der Pförtner des Straßburger Domcapitels verpflichtet ist.* [*um 1200.*]

Notandum est quod, quandocumque dabitur plenum servitium de anniversario alicujus, presentantur discipulo portarii superiori fruschingi porcini tres majores et tres minores, modii duo claustralis mensure, 44 pulli, duodecim casei quadripertiti vel 16 tripertiti, dimidium talentum piperis, tria quartalia lactis, ova centum et 8. summo autem mane ipse portarius cum discipulis suis assistens diligentissima cura, ut bene et fideliter ministrentur, pertractabit et incipiens a summo unicuique secundum ordinem suum queque meliora usque ad novissimum destinabit et postremo, quod reliquum est, sibi reservabit. hic est modus: unusquisque accipiat carnes tres cum

a) *statt* scripto.